

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio u  
cum fontibus primis

Vtilius est per simplicem actionem ire  
ad uitam eternam quam per contemplacionis errorem  
mitti in gehennam.

Multos enim Deus ex carnalibus sua gracia uisitat  
et ad contemplacionis fastigium eleuat,  
multosque a contemplacione iusto iudicio deserit  
et lapsos in terrenis operibus derelinquit.

Loth enim in peruersa ciuitate iustus fuit  
et in monte peccauit.

Ysidorus de summo bono libro III.

Qui igitur per contemplationem docebit errorem,  
melius si euellit contemplationis oculum,  
seruans sibi unum uitae actualis obtutum, ut  
sit utilius illi per simplicem actionem ire  
ad uitam, quam per contemplacionis errorem  
mitti in gehennam.

Saepe mens ad summa ab imis erigitur,  
et saepe a summis ad infima pondere  
carnis inclinata reflectitur.

Multos Deus ex carnalibus sua gratia uisitat,  
et ad contemplacionis fastigium eleuat.  
Multosque a contemplacione iusto iudicio deserit  
et lapsos in terrenis operibus derelinquit.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.15.10-12  
(CCSL 111, P. Cazier ed., pp.243-4, ll.53-64).

Nam Loth in peruersa ciuitate iustus fuit,  
in monte peccauit.

Gregorius Magnus, *Registrum epistolorum*, 7.5 (CCSL  
140, D. Norberg ed., p.450, ll.78-79).